

Dominica inf. octau. Epiph.

Eiusdem, sermo 2. Nolite conformari A
hunc seculo. Residuum Epist. moraliter
discutit & inde varias elicit doctrinas
quarum. 1. est Mundum istum similem
fornaci babylonicae quae quatuor fo-
mentis succenditur, naphta, maleolo,
pice & stuppa. 2. Aliquos conformare
se vellevnicuque in malo, hi sunt simi-
les cameleoni & simiae. 3. Seculo huic
minime se conformandum, quia mon-
strum est simile bestie Apocal. 13. & fit
vnius ad alterum omnimoda compa-
ratio. 4. Reformationem imaginis
fieri in nouitate sensus per Dei imita-
tionem, quæ fit in bona voluntate. 5.
Membra se inuicem iuuare & nullum
alteri inuidere. 6. Claustrales ascen-
dere debere per scalam penitentia ut B
habeant Angelorum societatem, Dei
presentiam, celi proximitatem ad
modum Iacob scalam videntis, &c. a pag.
31. ad pag. 33.

Eiusdem, sermo 1. in Euangeliū
quod literaliter & breuiter persequi-
tur: & postquam de pracepto se in Hier-
usalem praesentandi, de oblationibus
faciendis, de solemnitatibus à quibus se
excusare poterant in necessitate, & aliis
similibus egit. Petitioni ex Beda satis-
facit qua queritur, Quomodo Christus
à parentibus obliuiscendo relinqui po-
tuit, qui tanta proutientia parentum
nutriebatur? a pag. 260. ad pag. 261.

Eiusdem, sermo 2. Qui multam edi-
ficationis materiam nobis subministrat
in Maria Virg. & Iesu Christo. Primo,
Ædificat nos Maria & monet 1. ad pe-
regrinationem seu locorum sacrorum
vitationem. 2. ad filiorum instruc-
tionem. 3. ut ea quæ ad diuinum cultum
pertinent expleamus. 4. ut turbam fu-
giamus. 5. ut solemnitates fugiamus. 6.
ut ad Iesum semper oculos habentes
sollicitè eum custodiamus. 7. ut eum
amissum queramus perseuerenter. 8.
ut queramuseum sapienter. 9. ut quer-
amus eum cum dolore. 10. ut paren-
tum carnalium obliuiscamur. 11. ut si-
mus mansueti. 12. ad Verbi diuini con-
seruationem. Secundò. Christus nos
suo exemplo ædificat 1. in hoc quod
voluntarius est ad bonum, ad quod du-

xerat eum mater visitans loca sacra. 2.
in hoc quod inuentus est in templo &
non in foro. 3. in hoc quod inuenitur
in medio doctorum, & non puerorum.
4. quod patrem spiritualem, ostendit
præponendum esse carnalibus. 5. in eo
quod matrem honorat, humilietur ei
obediendo. 6. in ætate proficit, sapien-
tia & gratia apud Deum & homines,
&c. a pag. 261. ad pag. 263.

Eiusdem, sermo 3. ex quo plura at-
tendenda. I. Parentes Iesu, hoc est co-
templatiū eum amittunt quantum ad
contemplationem dum recedunt de
Ierusalem, id est, visione pacis, quan-
tum ad devotionem in turba affectio-
num mundanarum; ipsum querunt
cum dolore, inueniunt. II. Circa in-
uentiōnem Christi tria consideranda:
locus qui communis ut Ierusalem, spe-
cialis ut templum, magis specialis me-
diūm doctorum; modus, non enim de-
cer ambitiosum, auarum, cupidum eum
inuenire; tempus, post triduum sive per
triduum, hoc est, per sui consideratio-
nem, creaturarum speculum, Angelo-
rum choros. a pag. 263. ad pag. 264.

* R A D V L P H I A R D E N T I S in il-
lud Roman. 12. Obsecro vos per miseri-
cordiam Dei ut exhibeatis corpora vestra ho-
stiam viuentem. Et. homilia, in hac le-
ctione, instruit nos Apostolus quomodo
viuire debeamus, docens quid nobis,
Deo, & proximiis debeamus. Debemus
C 1. nobis castigationem ut corpora no-
stra sint hostia viua, sancta, Deo placēs;
2. Deo obedientiam, videndo quæ sit
voluntas eius & quomodo permittat
mala minor, prohibeat maiora, preci-
piat bona, & consular perfecta. 3. pro-
ximis compassionem ut non solum no-
stram sed ipsorum queramus salutem.
a fol. 64. pag. 2. ad fol. 68. pag. 1.

Eiusdem homilia in Euang. Luc. 2.
cuius lectio ostendit. I. Iesum cum pa-
rentibus suis secundum consuetudinē
diei festi Hierusalem ascendisse.
II. In Hierusalem remansisse & à pa-
rentibus quæsitus fuisse. III. Post tri-
duum in templo repertum sedentem
in medio doctorum audientem eos &
interrogantem. IV. Quid patri cœle-